



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Petri De Dusburg, Ordinis Teutonici Sacerdotis, Chronicon
Prussiae**

Petrus <de Dusburg>

Francofurti ; Lipsiae ; Regiom. Pruss., 1679

Cap. XVIII. De Quodam miraculo.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11850

CAP. XVII.

De

Vastatione terræ Colmensis.

Eodem anno in autumnno Lotheco Rex Poloniae cum omnibus equitibus Regni sui, & multis stipendiariis, & VIII. M. quos ei misit Rex Ungariae de populo suo in subsidium, intravit potenter terram Colmensem & obsedit Civitatem & castrum (a) Schönefee, & post hoc venit ante castrum Lypam, nec tamen horum aliquod impugnavit, sed X. diebus terram prædictam rapinâ & incendio molestavit. Tandem deficientibus victualibus & paucis quibusdam intervenientibus recessit.

ANIMADVERSIONES.

- (a) Defendebat tum Schonseam Hermannus de Oppen Saxo, Commendator Schonseæ, ita ut suis viribus confusus Polonis advenientibus portas aperiret, qui tamen urbem intrare noluerunt. Schuz. lib. II. Chron. Pruss. fol. 63. b.
- (b) Sippe nominat Schuzius. Defendebat tunc castrum illud Guntherus Comes de Schvvarzburg Commendator Christburgensis. Schuz. loc. cit.

CAP. XVIII.

De

Quodam miraculo.

IN hoc exercitu fuit quidam Comes M. Wilhelmus Capitaneus Ungarorum cui B. Virgo apparuit in visione, noctis tempore, cum jaceret in strato suo & duris verbis eum increpans, ait: Quare destruis terram meam multorum Christianorum sanguine plantatam. Si non recesseris, scito, quod malâ morte brevi morieris.

CAP.